



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCVII. Markgraf Otto genehmigt, daß der Römische König Rudolph den
Burggrafen Friedrich von Nürnberg mit den Dörfern Lenkersheim, Erlebach
und Brucke beliehen, am 15. Mai 1282.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

manorum Regis, continetur, ex morte Margarete, nostre uxoris, in Hollandia succedere poterunt et successerunt usque ad dies vite nostre, et nobis Bopponi, filio ejusdem Domine Margarete defuncte, quidquid de eadem hereditate jure hereditario succedere potuit et successit, sicut in predicto privilegio Domini Wilhelmi, quondam Romanorum Regis, nostri avunculi, et in privilegio Domini Florentii, Comitis Hollandie, nostri consanguinei, predicti continentur, plene et libere eodem jure et modo, sicut confirmatum est in privilegiis jam dictis, dimissimus illustri Principi Sororio nostro Ottoni, Marchioni Brandenburgensi, et inclyte Domine Jutte, sue Uxori, nostre Sorori dilecte, suisque heredibus possidendum, adjicientes, siquid ex eadem hereditate hucusque nos receperimus, idem Marchio recipiat et requirat etc. Datum anno Domini MCCLXXXII. quarto id. May, in die Pancratii Martiris.

Nach Vredii Genealog. Comitum Flandriae p. 248. und Schultes Gesch. von Henneberg I, 173.

CCVII. Markgraf Otto genehmigt, daß der Römische König Rudolph den Burggrafen Friedrich von Nürnberg mit den Dörfern Lenkersheim, Erlebach und Brucke beliehen, am 15. Mai 1282.

Nos Otto, dei gracia Marchio Brandenburgensis et de Landesberg, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod licet serenissimus dominus noster, quondam Rudolfus Romanorum Rex, nobis quidem absentibus, sed aliis Imperii principibus, utpote Reuerendis in Cristo patribus et dominis Moguntinensi, Coloniensi et Treuirensi archiepiscopis, nec non Illustri Ludowico, Comite palatino Reni, duce Bawarie, presentibus et suum consensum adhibentibus, Nobilem virum Fridericum, Burgravium de Nurenberg, infeodaverit de Villis Lenkersheim, Erlebach et Brucke et de ipsarum pertinenciis univrsis; Nos nichilominus, infeodacionem huiusmodi ratam et gratam habentes, ad eandem consensum nostrum liberum apponimus, presencium testimonio litterarum. Datum apud Frankenfurt, anno Domini M^o CC^o LXXX^o secundo, Idus Maji.

Hus Schütz, Corp. historiae Brandenburgicae diplomaticae. IV, p. 125. 126.

CCVIII. Der Römische König Rudolph benachrichtigt die Stadt Lübeck davon, daß er die früher vorgenommene Uebertragung der Stadt an die Markgrafen Johann, Konrad und Otto von Brandenburg jetzt zurückgenommen habe, am 15. Mai 1282.

Rudolfus, dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, Prudentibus uiris, Aduocato, Consulibus et uniuersis Ciuibus Lubicensibus, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Pro tranquillitate uestra et ampliore securitate vos et ciuitatem lubicensem, illustribus Johanni, Conrado et Ottoni, fratribus, Marchionibus, Principibus nostris dilectis, de brandenburch, meminimus commississe. Verum quia ea-